



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iudicium Philippi Melanthonis De Controversia Coenae
Domini**

Melanchthon, Philipp

Ratisponae, 1560

VD16 M 3533

Scholia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29449

constituit, aut corpus Christi pani veluti carceri inclu-
dit. Morlinus tantum Metonymiam & tergiuersatio-
nem Cinglianorum Tropistarum taxat. Sarcerius spe-
stat irreligiosam tractationem: Vbi h̄ic tuus iterum
candor Philippe?

(V) IN VENTRĒM) Quid nobis cum inep-
tijs aliquorum, si non sit iniuria quoq; ei de quo narra-
tur? Viderint autem Cingliani, quas non dico quæstio-
nes, sed egestiones, & nefandas blasphemias, ceu venena-
tæ araneæ ex verbis oris Christi suxerint ipsi, & vo-
muerint in authorem verborum, Christum.

(X) FORMAM VERBORVM PAVLI
Christus forma suorum verborum author prodigiosa-
rum quæstionum. Ecce huius blasphemiae exem-
plum ex ipso Philippo.

T E X T V S.

P Otest inspici forma (Y) verborum Cœnæ in examinē
(Z) Megalburgensi, vbi et commonefactio est de fru-
ctu Cœnæ. Adeſt filius Dei in ministerio Euangeliū,
& ibi certò est efficax in credentib. Ac adeſt non propter
(A) panem, sed propter hominem, ſicut inquit: Manete
in me, & ego in vobis. Item, Ego sum in patre meo, &
vos in me, & ego in vobis. Et in his veris consolationib.
facit nos ſibi membra, (A) & teſtatur ſe corpora noſtra
viuificaturum eſſe. Sic declarant Veteres (C) Cœ-
nam Domini.

S C H O L I A.

B 2

Forma

(Y) FORMA VERBORVM) Vult Ecelesiam Christi abducere à forma verborū Christi, ad suam formam: Quæ ista audacia, & Diabolica superbia?

(Z) IN EXAMINE) Latent ipso monitore, Christiane lector, in eius quibusdam scriptis, discrepancia à communi consensu doctrinæ Augustanæ Confessionis, in nostris Ecclesijs. Quam discrepantiam ut h̄c de Cœna, ita alibi de alijs, in posteriorib. præsertim scriptis paulatim ipse prodidit. Vide ergo lector, quid legas, & accipias, & vide fidem.

(A) PROPTER PANEM) Wie giffig vnd hōnisch. Adest non propter panem, sed cum pane propter hominem: Et vero suo corpore adest, aut prorsus nō adest. Wie gefelt euch das? De quo Lutherus, & nos, si cogitis, alibi.

(B) FACIT NOS Sibi membra) Spiritualiter, non etiam corporaliter, ut sint omnia tantum spiritualia: Mirum q; non ipsi etiam Christo spirituale corpus attribuunt, hoc est, nō naturale, verum, et nobis corpora spiritualia, non etiam naturalia in resurrectione mortuorū, ad quam corpora nostra, carne Christi viuificari in Cœna, Patres dicunt.

(C) VETERES) Quod Patrum sententiæ ostendunt scz. collectæ & editæ ab ipso Philippo, eodem post exhibitam Augustæ Principum Cōfessionē, anno 1530. ad declarandam aut testificandam Cōfessionis eius sententiam, iterumq; edendæ. Vide q; h̄c etiam in Patres iniurius sit, & sibi contrarius.

TEX-